adſe ſcm̄ andream · & ſedenſ p tribunali dixit · Exiſtimaui te noc
turna cogitatione reuocare animum tuū a ſtultitia & a xp̄i tui
laude ceſſare · ut poſſeſ nobiſcū non admittereſ gaudia uitę · Stul
tū eſt enī quęquam ultro uelle ad paſſionē crucis ire · & ignib;
ac flammiſ ſeipſū peſſimiſ deſtinare · Andreaſ respond · Gau
dia tecū abere potero · ſi credenſ xp̄o amittaſ cultura idolorū ·
xp̄c enī me miſit ad iſta puinciā · in qua non paruū poplm̄
ei adquiſiui · Aegeaſ dixit · Ideo te ſacrificare cōpello ·
ut iſti qui p te decepti ſunt popli · relinquant uanitatē
tuę doctrinę · & ipſi diiſ offerant grata libamina · Nulla
enī remanſit in achaia ciuitaſ · in qua non tēpla dōrum de
relicta ſint · & deſerta · Nunc ergo p te iterū reſtauretur
cultura dōrum · ut & dii qui contra te irati ſunt placari
poſſint · & in nr̄a poſſiſ amicitia pmanere · Sin autē diuer
ſa p defenſione dōrū patieriſ ſupplicia · & poſt omnia · crucis
quā laudaſti patibulo ſuſpenſuſ deficieſ · Andreaſ respond ·
Audi fili mortiſ · & ſtipula ęter nis parata incendiis · Audi me
ſeruū dn̄i · & aplm̄ ihū xp̄i · Nunc uſq; mitiuſ tecum egi
cenſura fidi · ut rationiſ capax · & ueritatiſ defenſor ef
fectuſ · idola uana cō temptereſ · & dm̄ qui in celiſ eſt ado
rareſ · Sed quia in inprudentia tua pduraſ · me putaſ mi
naſ tuaſ poſſe formidare · quicquid tibi uidetur in ſup
pliciiſ magiſ excogita · Tanto enī meo regi ero acceptior ·
quanto p eiuſ nomine fuero pmanenſ in tormentiſ deuo
tior · Tunc egeaſ iuſſit eum flagelliſ cedi extenſum ·
Cumq; ſeptem terniones tranſiſent · eleuatuſ eſt · atq; ad
ductuſ ante eum · Cui egeaſ dixit · Audi me andrea &
ab effuſione ſanguiniſ tui animum reuoca · Quod ſi non fe
ceriſ · crucis te faciam interire patibulo · Andreaſ respond ·

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.27, 5v – Alcuinus, Confessio de Trinitate; Hildebertus Cenomanensis, De novo sacrificio vetus abrogante; Passio Andreae apostoli (https://fragmentarium.ms/view/page/F-hmdm/5305/50419)